



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

VII. Qualiter secundum prioru[m] Canonum instituta Concilium fiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

permittitur. Quemcumque ergo ex presbyteris dirigere elegerit, instructum per informationem dirigat, vt ratio poscit; atque cum eo mandatarium suum, iuxta legis ordinem munitum: vt si a quolibet contra eundem episcopum in Concilio fuerit suggestum, ab eo quem dixerit, qui petit accipiat responsum; & iustitia quæ fuerit ordinata nullam postmodum dilationem habeat.

VI.

Deo credimus esse placitum, quando pro bono opere dignam in ecclesia sancta imponimus regulam. Ideoque placuit fraternitati nostræ, vt sicut primatus reuerentiæ a metropolitano episcopo iubetur impendi per synodicam regulã, ita & a comprouincialibus suis seruentur hæc monita. Comuni deliberatione censemus, & sententiæ huius ordinem seruandum instituimus; vt dum quisquam comprouincialis episcopus metropolitani sui admonitionem acceperit^k pro diebus festis natiuitatis Domini & paschæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excusationem. Quod si contigerit eum ab ægritudine esse detentum, vel per nimiam intemperantiam aerum non habere qualiter ad præsentiam eius possit venire, epistolam manu sua subscriptam dirigere debet, in qua huius rei verissime causam notescat. Quod si sanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, & venire distulerit, absque excommunicatione dimittendus non erit.

Sic statutum
est Conc.
Tolet. XIII.
cap. 8.

VII.

Decretum est de priscis canonibus, semel in anno fieri Concilium, vbi elegerit metropolitanus

ANNO
CHRISTI
666.

episcopus: atque in ea sancta regula manet ordinatum, vt comprouinciales episcopi, dum a suo metropolitano fuerint admoniti, praesentes esse debeant ad locum temporis debiti: quaeres non extra regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli qui pro hoc admonitionem sui metropolitani, & regiam iussionem accipiunt, & minime implent quaer iubentur: hos priscorum Canonum sententiae excommunicatos esse iubent vsque ad tempus superuenturi Concilii: & quamuis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur quod debeant metuere. Placuit huic sanctae Synodo, vt quisquis ille episcopus ad Concilium venire distulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, vbi cum his, qui praesentes fuerint, elegerit metropolitanus. Cella vero & res ad eum pertinentes, quousque ille sub poenitentia fuerit, instantia & sollicitudine regantur metropolitani: quia ideo est hoc electum, vt discat sub poenitentia quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cellam, rem in statu inueniat, quaer ecclesiae suae est debita.

Vide epistolam Innocentii tertii, de poena huius Canonis.

VIII.

bene Omnibus pene cognitum manet, quomodo diuina gratia, quaer cor serenissimi atque clementissimi domini nostri & principis Reccesuinthi regis in manu tenet, & vbi vult illud vertet, suggerente sanctae memoriae sanctissimo viro Orontio episcopo, animum eius ad pietatem mouerit, vt terminos huius prouinciae Lusitaniae cum suis episcopis, eorumque parochiis, iuxta priorum Canonum

Concil. Tom. 15.

Mmm ij